nō eſſet orbatus: Ex tribus enim optatis ut ſcribitur hoc erat terciū qđ de ypoliti in teritu iratus optauit. Quo impetrato in maximos luctus incidit.

Nec promiſſa igitur ſeruanda ſunt his qbꝫ promiſeris inutilia ſi ſint: nec ſi plus tibi noceant q̃ illi proſint cui promiſeris

Contra offitiū eſt maius dampnū anteponi minori/ ut ſi conſtitueris te cupiā aduocatum in rē pñtem eſſe uenturū: atq; interi grauiter egrotare filius ceperit: nō ſit ɔt offitiū nō facer̄ quod dixeris: magiſq; ille cui promiſſū ſit ab offitio diſcedat ſi ſe deſtitutum queratur.

Sed iniuſticie genera duo ſunt: Vnū eorum qui inferūt: alterū eorū qui ab iis quibꝫ infertur ſi poſſint: nō propulſant iniuriā: nā qui iniuſtē impetū in quempiā facit aut ira aut aliqua perturbatione incitatus: is quaſi manus uiolenter uidet̄ afferre ſotio: Qui at̄ nō defendit nec obſiſtit ſi pōt iniurie: tā eſt in uitio q̃ ſi parentes: aut amicos aut patriam deſerat: Atq; ille quidem iniurie que nocēdi cauſa de induſtria inferuntur ſepe a metu